



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Notent Confessarij & sapiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

aliquando in altum tollere, aliquando dimittere. Nunc tota manu, nunc uno digito aliquid demonstrare, sed rarius sinistram soluere, aliquando ambas manus in altum tollere, nunc hoc, nunc illo modo. Ita tamen, ut gestus accommodentur rebus de quibus dicimus. Ut si de cœlo loquamur, oculis & manibus in cœlum sumus intenti. Si de inferno, inferiora demonstramus. Ducat aliquando manum sursum, si de gaudio rerum cœlestium aliquid dicatur. In enumeratione partium, dextera manu digitos sinistram tangat, ita tamen, ut omnia cum gravitate fiant. Si ista bene seruetis, eritis boni Concionatores. Rogate Dominum, ut ista pergratiam suam in vobis perficiat.

Lectio, Meditatio, & Oratio.

Tria hæc Concionati necessaria, siquidem ex Lectione materia, ex Meditatione forma & ordo dicendi, ex Oratione efficacia seu virtus prædicationis habetur.

A V R E V S T R A C T A T V S D E
Ratione administrandi Sacramentum Confessionis, à S. Carolo Berromæo Cardinali editus,
& ex Bibliotheca P. Antonij Possevini ingratiæ Confessoriorum excerptus, ac huic
operi haud incongruè
adiectus.

Notent Confessarij & sapient.

V T Confessarij Pœnitentiæ Sacramentum
administrent, eo cum fructu, qui maxi-
mus

nus esse possit (is verò in sincera vitæ emenda-
tione positus est) neue in tanti ponderis nego-
cio cum propriæ conscientiæ summo onere cō-
tientem non adhibuisse diligentiam videan-
tur (id quod summopere timendum est multis,
ne scilicet in grauem reprehensionem incide-
re eorum industria, cùm de tanto numero con-
tentum, tam exiguam emendationem videa-
nus in ijs, qui toties, & tam multis ab hinc an-
nis hoc Sacramentum frequentarunt) præce-
ptiones, & admonitiones nostras omnes iam
pridem diuersis temporibus hac de re datas in
vnum contulimus, atque alias quasdam ijs ad-
iunximus, quas in hunc finem utiles, & necessa-
rias esse sumus arbitrati. Quamobrem per vi-
scera misericordię Domini Nostri IESV C H R I-
STI eos exhortamur, ut quemadmodum eorum
officium, & vocatio requirit, hac in causa, &
negotio, quod ad animarum salutem usque
idè pertinet, summa cum diligentia nostræ
sollicitudini cooperari velint, nostramque in-
tentionem in eo positam, ut populus Christia-
nus, quem Dominus nobis regendum tradidit,
in viam salutis commodè dirigatur, promouere
pro sua virili studeant.

*Nullus sine approbatione Confessiones audire
potest, ne puerorum quidem.*

Nullus igitur neque sacerdos, neque regu-
laris Sacerdos Pœnitentiæ Sacramentum aggre-
di præsumat, si nō approbationem, & licentiam
antea nostrā in scriptis habeat, ut rite Concilium
Tridentinum ordinavit; sin aliter fecerit, ex-
communicationis pœnam ipso facto, iuxta primi